104.

naſcitur. Renaſcimur autem quando interiore
renouamur affectu. & exterioris hominis deside
ria ue& uſta deponimus. Et ideo ait iterum apls.
Renouamini autem spū mentis urae. & induite
nouum hominem. qui secundum dm̄ creatus est.
in ueritate. & iustitia. & scitate. Audiant quē
admodum unitatem diuinę operationis scriptu
ra signauerit; qui renouatur spū mentis. induit
nouum hominem. qui secundum dm̄ creatus ē.
Si igitur sps̄ opus est. regeneratio ista praestan
tior; & noui huius hominis qui creatur ad ima
ginem dī. auctor est sps̄. quem utiq; meliorem
hoc exteriore nr̄o esse homine. nemo dubita
uerit.

Siquidem cęlestem alterum. terrenum alterū.
apls significauit dicens. Qualis terrenus. ta
les & terreni. Et qualis cęlestis. tales & cęlestes.
Ergo cum cęlestem faciat gratia spīalis. quod
terrenum creare possit. & iam sensu debemus

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. 104 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/csg/0102/104)